

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtvte Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione  
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Quomodo quando, & quo loco hæ decimæ prædiales soluendæ sint.  
punct. 8

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76561)

cimatis erit Ecclesia, sed solius emptoris, arque adeo neque ex fructibus agri tenebitur restituere ratione huius emptionis, cuius sententia est Suar. lib. 1. cap. 3. & num. 12. & num. 13. Probar ratione priuilegiū facti Ecclesia non debet; quia nullum inuenitur, ut exp̄les affirmitur Ioh. Andr. in addit. ad Speculat. tit. de empt. & vendit. § 3.

4 In contrarium tamen est Panorm. cum Innocent. & alio in cap. pastoralis. de Decimis, num. 6. & monetur, quia in cap. pastoralis, dicitur de rebus acquisitis pecunia decimata non debet deciman, nisi de lucro. Ergo à contrario de rebus acquisitis pecunia indecimata debet decima ultra lucrum? Respondeo negando consequentiam. Nam argumentum à contrario sensu efficax non est semper, & præcipue cum Pontifex ibi parum cureret res sive pecunia decimata, vel indecimata: de hoc enim non agit Pontifex, sed solum dicit in illo cap. decimam debet ex quoenam lucro personali deductus prius expensis in illo factis, sive lucrum acquisitionis sive pecunia decimata, sive indecimata, de hoc enim non curat; de fructibus vero acquisitis affirmat debet decimam antequam expensas deducantur.

## P V N C T V M VIII.

Quomodo, & quo loco, haec decima prædiale soluenda sint.

- 1 Debet decima ex omnibus fructibus, antequam pensio, vel expensas deducantur.
- 2 Soluere decimam ex fructibus notabiliter deterioribus peccatum est graue.
- 3 Ex fructibus agri culti propriis expensis, vel per colonos decima debetur semel.
- 4 Soluenda est decima fructibus perceptis, neque opus est petatur.
- 5 Fructus indecimati non sunt sine consensu clericorum in horrea mittendi.
- 6 Soluenda est decima prædialis Ecclesiæ Parochiali, in qua situm est prædium.
- 7 Idem est dicendum de Decimis mixtis, que ex fructibus animalium proueniunt.
- 8 Quid si in una parochia animalia paucant, & in alia accubant. Probabiliter est inter utramque decimam esse dividendam.
- 9 Probabile est aliquam partem huius decimas deberi parochias, in qua Dominus Sacramenta recipit.
- 10 Supradicta intelligenda sunt de iure communī, conuentu tam insufficiencia, & quod tempus ad hanc eft. studiū introducendam requiratur, ut una Ecclesia aduersus aliam prestrabit.
- 11 Proponitur quidam obiectio de decimis mixtis. Et illi stat. 12 Decima ex nouidibus quo in loco soluenda sunt, cum distinctione respondetur.

1 R espondeo decimam soluendam esse ex omnibus fructibus supradictis integris, antequam pensio aliqua, vel tributum deducatur, vel expensas alia compunguntur. Est conclusio definita, cap. cum non sit de Decimis, c. p. tua nobis, c. non est, cap. cum homines, cap. pastoralis eodem, tit. Ratio est; quia decima soluenda in recognitionem diuinū Dominij, quod ante omnia iura est, & ad omnes fructus se extendit. Conveniens ergo fuit, vt ex omnibus fructibus nullis deductis penitentiis, expensis, vel tributis soluantur, neque obstat, Lex tit. Cod. de Fructibus, & leg. fundus, familiæ ericfundens, fructus, ff. solvuntur matrim. Vbi affirmatur illos tantum centenari fructus, qui remanerint deductis expensis: cum autem ex fructibus tantum debetur decima, effici videatur non debet ex omnibus fructibus, nisi prius deductus expensas, scilicet feminis æstimatio, & premium pro colendo agro, & colligendis fructibus, vel reparanda domo, quæ lixari debet: solum enim quæ remanent sunt fructus. Non inquam obstante supradicta leges, quia non loquuntur de fructibus prout oriuntur ex terra, seu naturaliter, in hac enim acceptione certum est omnia quæ oriuntur ex terra dici fructus terra: & in hac acceptione verum est deducendas esse expensas; quia solū remanet deductus expensas. Habet rationem lucri, ex quo inferunt Doctores, cum aliqui legari vñfructus, aliqui fundi debete Domum fundi compicare lumpis, quos in colligendis fructibus fecit, iuxta leg. fund. ff. de vñfructu legato: Quia solum intelligitur legati commodities, seu lucrum, quod ex illo fundo debet prouenire, non omnes fructus prouenient ex ipso fundo; alias obligaretur Dominus fundi, cui est fundus legatus gratis alteri inferire. Secus vero dicendum est, quando legatus fundus, & vñfructus aliqui cum obligatione solvendi alteri pensionem, seu illorum fructuum patrem; tunc

enim expensa deduci non debent; quia in tali legato committit tanta illius, cui soluenda est pars fructuum videatur pertinari, colligitur ex cap. tua nobis, de Decimis & in hac doctrina conueniunt omnes Doctores. Innocent. in cap. pastoralis, & Panorm. ibi. n. 9. quos sequitur Franciscus Suar. lib. 1. c. 3. n. 4. 5. & 6. Lessius lib. 2. de Decimis, c. 39. dub. 3. num. 16. Fagund. de quinto Ecclesiæ precepto, lib. 1. cap. 4. num. 6. Bonac. disq. vi. de quinto Ecclesiæ precepto, q. 5. p. 3. n. 16. in fine.

2 Ex supradicta conclusione inferitur primò, grauiter peccare qui deciman debitan Ecclesia solueret ex fructibus notabiliter deterioribus; cum enim decima pars debita sit ex omnibus, & tam meliora, quam deteriora manu Dei continent, de omnibus & quæ decima debetur. Quocirca neque tenet meliora eligere, neque potest deteriora dare. Sed bona fide mediocria inquam tribueret; alia si hoc fiat in parte notabiliter peccatum graue iniustitia, & sacrilegii committit, & decimam fraudulentus vocabitur, peccataque impunita fraudatoribus decimam illum comprehendit: ita Lessius lib. 2. c. 39. dub. 3. num. 16. syuelt. verb. decima num. 5. § 3. Fagund. de quinto Ecclesiæ precepto, lib. 1. cap. 4. num. 7. Bonac. disq. vi. de quinto Ecclesiæ precepto, q. 5. p. 3. n. 16.

Secundo inferitur quomodo cumque ager colatur sive per propria personam, sive per mercenarios debet decimam ex integris fructibus; illa autem soluta, neque Dominus, neque colonus, neque mercenarios ex se sibi contingenti tenetur deciman soluere, alias ex eadem re bis decima est soluenda. Unde si Dominus agri conductus omnes fructus prelio sibi dato, intelligendum est conductum sūisse factum de omnibus fructibus exclusa decima, quia hic Ecclesia debetur, & sic in conductuōm intrare non potest, neque ratione illius potest colonos pretium offere. Quod si colonus colat agrum pro aliqua parte fructum sibi data in pretium laboris, detrahit fructu, tanquam de lucro personali debet deciman. Haec autem non videat esse in vsu: Dominus autem semper tenetur de integris fructibus deciman soluere, neque pretium, neque pensionem, neque aliquod aliud tributum potest ante extrahere. Neque seminius astimationem, etiam postea viri colligatur quod seminatum fuit; quia omnia, quæ ex semine producentur fructus terre sunt, & de manu Dei proueniunt. Sic Sotus lib. 9. de inspi. q. 4. art. 2. Suar. lib. 1. cap. 3. n. 7. & 14. Lessius suprà, & emuntur Doctores.

4 Quando vero soluenda sit hac decima prædialis definit Pontifex, in cap. cum hominis, de Decimis, ibi mandamus, q. 5. fat. fructibus collectis decimam per voluntatem. Unde sufficit illi perceptos, quiam non sunt perfectè collecti, leg. p. eius, fat. rei vindicat. vbi dicuntur perceptionem fructus accipere debemus, non enim perfectè collecti: sed etiam corpori ita percipi, & terra concinere fructus desierit, veluti si olivæ vel vñfructus fuerint, & nondum ab aliquo vinum, vel oleari factum sit, statim ipse fructus accepit exsistimandus sit; sic ibi, confundetur tamen conuolenda est. Solum aduerto in fructibus animalium non esse decimam soluendam, quoque forus sine mite vinece possit; quia vñque tunc nullus est virilatris, ita Lessius suprà, & Suar. cap. 37. lac, caseum, & butyrum; quia tractu tempore colligi debet in fine illius est soluenda decima, vi notar idem Suar. Lana vero, cum oves condentur, similiter etiam consuli debet confundetur, an necesse sit peti decimas (hoc est pachumi monere parochianos) & soluantur. Dico ergo iure communī multò probabilius esse debere soli, antequam perantum quia statim solui debent, vt in dicto cap. cum homines. Tum etiam quia sunt debita eo ipso, quod sicut fructus collecti, ita Abbas, & Archartan. in cap. peruenient. Conart. lib. 1. vñr. cap. 17. n. 8. & n. 2. Bonac. disq. vi. de præceptis Ecclesiæ, q. vñr. 2. 4. n. 2. Suar. cum aliis lib. 1. cap. 37. Azor. lib. 7. cap. 35. q. 17. (stā) contrarium tenet Cardin. in e peruenient. de decimis, & Archard. in cap. t. decimis, in 6. & Parif. cons. 15. in 1. volum. requirent monitionem, sed intelligendū sunt, ut parochianus excommunicatione feriantur, non tamē ut à culpa excusat, vt bene doctores pro nostra sententia allegati explicant.

5 Tandem inquires an decima defenda sit ad Ecclesiam, seu in horrea clericorum, an satisfacie, si reddas in agro, vel in vinea, vel in tua domo? In qua re, aduerto fructus indecimatos tritici, vini, palez, & similiū non esse mitendos in horrea propria, & alias miscentis sine conuerso clericorum, vel illorum, quibus decima debentur; quia hoc non potest sibi iniuria Ecclesiæ fieri, quod si monitus clericis soluerit decimam accipere, tunc poteris recondere, vel in area relinquere, neque teneris expectare, ut aduertit Gurius. cap. 21. n. 4. 3. & Azor. suprà. q. 15. fine. Bonac. dicto. p. 4. & doctores communiter quæ confundito sufficit, si decem annis vnguent, et enim ad stabiliandam legem de re, quæ iure non est prohibita sufficiat, vi affutat multis relatis Lessius libro secundo cap. 6. dub. 46. num. 46.

nam. 46. & notat in praesenti Suar. cap. 37. num. 8. Bonacini.  
supra.

6 Tandem de loco, in quo soluenda sunt haec decimae, dicendum est iure communii soluendam esse decimam praedialem Ecclesie parochialis, in cuius iurisdictione situm est praedium, etiam si parochianus alibi habiteret, recipiique Sacramenta definiuntur expressae, cap. v. de Rebus Ecclesiasticis, in 6. ibi presumuntur iniuste occupate decimas, qui eas exigunt ex praediis in aliena parochia constituis, cum manu felium sit nisi aliud ostendatur eas de iure communii ad eandem Ecclesiam pertinere. Idem habetur in cap. cum contingat, cap. ad Apostolicas, cap. cum sint homines, cap. cum in tuto, de Decimis, c. v. de Parochiis; & in hac conclusione Doctores omnes conuenient: conuenientia tamen huic confutacionis ea fuit, ut iura Ecclesie, & decima firma permanerent, neque ex mutatione personarum variarentur.

7 Naturam hujus decimorum sequuntur mixtae, quae ex fructibus animalium prouenient. Quocumque vbi pascunt, vbi accubant, & dormiunt, debentur decima, tametsi Dominus alibi commoretur, sic glossa, in cap. 1. de Decimis, 15 q. 1. verbo pacit. Rebuff. trahit de imis q. 6. num. 25. Suar. t. 1. de relig. lib. de divino cultu c. 2. l. n. 8. Fagund. de quinto Ecclesie precepto, lib. 1. cap. 5. n. 5. Unde si in hyene in una parochia pascunt, scilicet vero in alta, in alia vero accubant. Decima tunc dividenda, neque parochia vbi Dominus affluit, sedebit aliqua pars soli, si greges ibi nulla anna parte commorantur, est communior sententia, quam tenet glossa cap. ad Apostolicas D. Thom. 2. 2. q. 87. art. 3. ad 2. & Sot. ibi. Rebuff. tr. de decimis. q. 6. num. 15. & q. 8. n. 11. Azor, lib. 7. cap. 15. q. 15. Fagund. de quinto Ecclesie precepto lib. 1. c. 5. num. 6. & 7. Suar. lib. 1. c. 21. num. 7, qui optimo adiudicet non debet decimas parochis illis, per quas huiusmodi greges transirent, etiam si ibi aliquo temporis spatio commorarentur: alias per plures, & immutatas partes esset haec decima dividenda: contentio Fagundez supra num. 8.

8 Sed quid si in una parochia animalia pascant, in alia vero accubant, fixamque cauam habeant, seu domicilium? Duplex est sententia. Prima affimat parochiam in qua pascunt, integrè debet. Tum quia ex fructibus praediorum factus prouenient, tum quia factus decimatum succedit decimam, quae colligenda erat ex herba, quam animalia pascunt: sic D. Thom. 2. 2. q. 87. art. 3. ad 2. Alen. 3. q. 5. memb. 4. art. 4. in fine. Sotus lib. 4. de inst. q. 4. art. 3. ad 2. Fagund. de quinto Ecclesie precepto, lib. 1. c. 5. n. 10. Secunda sententia, cui tanquam probabilitate adhaeret, etiampi supradicta sit fatis probabiliis affirmat inter virtutem parochiam decimam esse dividendam, tametsi maior pars competrere debet parochiae, in qua pascunt animalia, quam ei, in qua accubant, & fixam habent cauam. Morever: quia ad sustentationem animalium, & productionem fecus non solum pastus, sed & cubitus, requiesce necessaria est. Ergo parochia illa, qua hunc cubitum præbet, defraudari non debet fructu inde proueniente. Sic Rebuff. trahit de decimis. q. 6. n. 16. inclinat Suar. t. 1. de relig. lib. 1. de divino cultu. cap. 21. num. 10.

9 Sed inquires: an sit probabile aliquam partem huius decimae mixte debeti parochiae illi, in qua Dominus habitat, recipique Sacramenta, tametsi armenta alibi pascant, & cubent? Responde probabile est: sic Navarr. cons. 1. de decimis. n. 10. Ratio est, quia de iis decimis nulla est constitutio expressè assignans debet Ecclesie in qua amenta resident, ut bene nota Suar. supra num. 7. Cum ergo vocentur mixtae, quia medium sunt inter personales, & praediales, & personales decima debentur parochiae, vbi persona resident, praediales, vbi praedium existit; haec mixta, que medium sunt inter utrumque, dividunt debet inter parochiam in qua amenta resident, & in qua persona resident, falcem quadam partem, quam assignat Navarr.

10 Verum esti haec omnia de iure iusta sunt, confutacione ramen, prescriptione, aut priuilegio introduci potest, decimas praediales, & mixtas non solum Ecclesie, in qua situm est praedium, vel greges pascunt, sed alteri Ecclesie extraneae, aut ei, in qua Dominus praedij, & gregis habitat. Ita Doctores omnes, & sumit ex Luperidatis. Difficilis autem est, quod tempus requiriatur ad hanc confutacionem, ut scilicet una Ecclesia praecipiat in exigendis decimis contra aliam, cui de iure decima debita erat? Probabilior sententia affimat requiri confutacionem 40. annorum, & videatur definitum in cap. a videtur de Privilégio: vbi expostulatur tempus 40. annorum ad prescriptionem decimorum vnius Ecclesie contra aliam priuilegiaram, & cap. ad annos de prescript. & cap. 1. de prescript.

in 6. quadrageniarum prescriptionem cum titulo inter diuerias dicoles requireti, & immemoriale sine titulo. Et probari potest efficaci ratione: nam ad prescribendum in iis quae sunt contra ius tempus quadrageniarum cum titulo, & sine titulo immemoriali requiritur. Atqui haec prescriptio soluenda decimas alteri parochiae ab ea, in qua est praedium, vel greges pascunt, est contra ius; siquidem, ut diximus, ius commune determinat, ut Ecclesie, in qua situm fuerit praedium decimam soluantur, ut constat ex verbis allatis cap. v. de Rebus Ecclesiasticis. & cap. cum in tua, de Decimis, ibi ad quas, (id est, Ecclesias in quibus praedia sita sunt) de iure communii spectat perceptio decimarum. Ergo ad hanc prescriptiōm introducendam necessario tempus 40. annorum cum titulo requiritur: quia hoc ius non tam vi confutendinis, quam vi præcō ipsionis videtur introdici; cum haec confutendine Ecclesia intendat non le à decimis eximeret, sed ius denudò aduersus Ecclesiam acquirere, atque idē conditions omnes requiruntur prescriptiōis: & ita latè, & eleganter probat Ludovicus de Mol. tract. 2. de iust. disp. 7. & 75. definitione Bonic. in cap. 1. de prescript. 1. 6. vbi conclusionem supradictam Bonificij expresse affirmat. Aduersit tamen Glosa, & optimè ibi. Si vna Ecclesia ad eiusdem aliam possidentem decimas alterius Ecclesie extra territorium utriusque existentes velit impetrare, sufficiet Ecclesie possidenti, ut à prescriptione, seu possessione non removatur, 40. annos, neque titulum requiri quia ibi licet ius resista prescriptiōi, non tamen facit pro petente. Eadem sententia tenet Suar. lib. 1. cap. 21. num. 7. Qui dicit contrariam intelligi non posse, nisi in causa quo dubium esset ad quam Ecclesiam praedium pertinet, & tunc enim affirmat confutacionem decem annorum videtur sufficieniem ad prescribendum, cum in iis ius non resista: similiter etiam in decimis mixtis, cum non sita expressum in iure ad quam Ecclesiam haec decima pertineat decem annos sufficiat: quia in iis, que non sunt contra ius, sed prater ius confutudo longi temporis tantum requiritur. At in iis decimis non est contra ius illas soluens Ecclesie, vbi Dominus habet? in modo videtur iuri, & ratione conforme. Ergo.

11 Solum obici potest, cap. de quarta, de prescriptionib. vbi clericus, quidem aduersus Episcopum 40. annorum prescriptiōne, deinde se defendit de non soluenda quarta, & cap. cum pastoralis, de iure patron. vbi Clerici, vel Monachi Ecclesias a laicis relietas possiderent sine consensu diocesani quadragenaria possessione, neque titulu fuit expostulatus: tamen his prescriptiōibus ius resista. Ergo ad prescribendum decimas vnius Ecclesie contra aliam non debet titulus expostulari; sed sufficit quadragenaria prescriptio? Responde in illis casibus non requirit titulum: quia non presumuntur de mala fide in possidentibus: non enim ipse clericus incepit possidere aduersus Episcopum, sed successit prædecessori, & similiter Monachi non de manu laicorum accepterunt Ecclesias, sed successerunt aliis, qui illas accepterunt, & præcipue quia consensus Episcopi faciē ibi presument, cum non sit insuffit dare consentium. At in decimis soluendis Ecclesie extraneæ propria nunquam censetur contentire, neque videatur posse propria autoritate; ea de causa ad prescriptiōnem aduersus illam titulus necessarius est, vel confutudo immemorialis, ita Mol. Juris. Sed haec responso nihil non satisfacit: quia cap. 1. de prescript. 1. 6. abolutè dicit ibi, quence ius commune est alii contra ius non sufficiat bona fides, sed necessarium requiri titulum. Quocum illa iura allegata, & cap. ad aures de Prescriptiōnib. vbi quadragenialis posseditur requiritur in iis que sunt iuri communi contraria, nullaque sit mentio, de titulo explanda sunt per hoc cap. 1. de prescript. & iuxta illud intelligi, atque adeò dicendum secundum antiquum ius sufficiere quadragenalem possessionem, non vero iuxta hoc nouum ius traditum in cap. 1. de prescript. lib. 6. Tertio, Respondeo cum Couart. lib. 1. cap. 17. num. 7. dupliciter ius commune in possessione aliquius posse esse iuri contrarium. Primo, ex eo quod res de facto alteri sit applicata. Sicut enim fundo Petri applicato omnes fructus illius presumuntur sui esse: in quo casu non tibi ius commune vetat seruitum habere in illo. At si tibi prohibetur seruitum habere, titulus esset necessarius ad prescriptiōnem; quia tunc ius commune tibi propriè resiste; in alio autem casu non propriè, sed indistinctè. In soluendis vero decimis alienæ parochiae resistit ius commune prohibens sapientiam dari, & non solum applicat fructus propriis parochis, sed de facto prohibet ab aliis susepi. Tunc ergo titulus est necessarius.

12 Sed quid dicendum de nouabus, quo in loco soluenda sunt? Ut est ager, qui nonquam seminatus fuit, nec fructus produxit, & denudò producit fructus. cap. quid ter nouale. de verborum significati. Ea vocantur in iure novale. Questio ergo est ad quam Ecclesiam decimam illorum fructuum pertinat? Respondeo: si in nullius Ecclesie parochialis territorio existant, ad Episcopum decima debet pertinere: habetur cap. quiniam de Decimis. Si vero existant intra terminos aliquius Ecclesie parochialis ad illam debent pertinere. Quod si decima illius Ecclesie applicaretur sine alteri Ecclesie sub verbis generalibus, & indefinitis, quae clavis non continent noualia, sed possint explicari de decimis, & ruris, & ruris, quæ vique ad illius tempus coli confuerant. Probabilius certe ad Ecclesiam, in qua situm est praedium pertinet, neque priuilegium, aut confutendinem prescriptam exigendi decimas illius Ecclesie posse obligare, ut decimae horum noualium tribuantur. Ratio est: quia confutudo, vel priuilegium exigendi decimas ex praediis, & fructibus alterius parochiae est contra ius communias proinde odiosum; debet ergo restringi, & non ampliari, iuxta. cap. tua. 1. & v. de Decimis, vbi id videatur explesse definitum. Ait enim Pontifex,

## De decimis, primitiis, & oblationibus.

**Pontifex**, neque occasione decimationis antiquæ (licet in secundum decimæ sicut concessæ) sunt decimæ noualium usurpanda, cum in talibus non sit extendenda licentia, sed potius restri-  
genda. Idem summi ex cap. 1. de Decimis, in 6. & hanc sen-  
tentiam probat optimè. Couart. lib. 1. cap. 17. n. 13.

Nequibz obstat, cap. ex parte de Decimis, vbi insinuat contrarium. Ait enim Pontifex cum tibi, quod manus eius, si concessum, videlicet vi de laboribus terra parochiarum suarum cum integritate percipias, de noualibus eas exigere satis potes; quia ubi manus concedit minus concessum esse videatur. Ergo si priuilegium, aut confundit obtinetur, vi decimæ alicuius parochie, alteri extranca soluerentur, noualia etiam, que minus sunt debent solvi. Non inquam obstat, quia ibi non fuit concessum aliquid contra ius, sed potius decimæ, que iuxta commune ius debebantur parochie propriæ, etiam ab extranca usurpare, & tunc ait Pontifex concessio principalis, & maiori minus concedi, vi bene Couart. suprà. At quando iustio, vel confutatio à iure communi exorbitat, ut est priuilegium soluendi decimas prædictas extranca parochie, non venit in concessione maioris minus concessum, vt latè, & eruditè probat. Thom. Sanct. lib. 8. de dispensat. diff. 1. à n. 4. & præcipue, arn. 32.

### P V N C T V M I X.

Quæ persona possint decimas possidere, &  
præscribere.

- 1 Duplici titulo officij, vel conductionis decimæ possideri possunt.
- 2 Laicus non potest habere ius spirituali percipiendi decimas, neque secundum hanc rationem illas potest præscribere.
- 3 Titulo conductionis, emptionis, aut donationis bene potest laicus decimas possidere.
- 4 Beneficiatus ad breue tempus potest decimas sibi competentes locare, aut vendere.
- 5 Exceptiuntur aliqui casus, in quibus ex autoritate Episcopi possint ad vitam decimæ laicos conferri.
- 6 In feudum, vel in perpetuum non possint decimæ laicis conferri nisi auctoritate summæ Pontificis, semel tamen collate possunt auctoritate Prælati illius Ecclesie alienari.

**D**upliciter quis possidere potest ius percipiendi decimas, vel rationes ministerij, & officij, Ecclesiastique exercitij, vel titulo conductionis, emptionis, donationis, aut obsequi temporalis præstii, vel præstandi Ecclesie. Qui primo modo accepit decimas, accepit eam proprio iure, & nomine, & ius accipiendi decimas pro tali ministerio (spirituale est, vt de se constat. Ius vero accipiendi decimas ortum ex alius titulus temporale est. His postis.

2 Respondeo laicum non posse habere ius spirituali per-  
soluendi decimas, neque eas secundum hanc rationem posse  
præscribere. Definitur variis textibus de decimis, præcipue c. quatinus, cap. probabimus, & in decreto 16. q. 7. specialiter cap. decimas, vbi ait Pontif. x decimas, quas in viii pictarum con-  
cessas eis canonica auctoritas demonstrat à laicis possidere au-  
thoritate Apostolica prohibemus: & in cap. causam quo de præ-  
scripti, absolutè affirmatur non posse laicos decimas præscribere.  
Intelligi ergo debet secundum hanc rationem, secundum quam ipsi laici incapaces sunt præscriptionis, rite personæ, que hunc titulum spirituali habere nequamquam possunt: si-  
quidem non possunt habere officium, & ministerium ex quo  
ortum habet: sic Doctores omnes.

3 Verum posse laicum decimas possidere titulo locationis, & emptionis, aut donationis, nulli potest esse dubium, cum videamus cap. 2. Ecclesiam laicis vendere decimas, illas locare, aut pro servitu factis, vel faciens donare, sed tunc non ex-  
igunt decimas quasi sibi, & ratione propriarum personarum debitas, sed debitas prius Ecclesie, & ratione alicuius temporalis  
ministerij sibi applicatis, & secundum hanc rationem possunt laici 40. annorum præscriptione cum titulo, & immemoriali sine titulo decimas possidere. Couart. cap. 17. num. 5. & cap. 16. dub. 10. & c. 39. dub. 4. num. 19. & Azot. lib. 7. cap. 3. 6. quæst. 11. Suar. cum aliis trad. 1. lib. 1. cap. 17. n. 4. Ratio est, quia laici capaces sunt decimas possidendi hoc titulo, & hac ratione. Possunt ergo præscribere. Et confirmo, secun-  
dum hanc rationem possunt priuilegio habere ius decimas ex-  
gendi; quia illius sunt capaces. Ergo & confutatio poten-  
tia acquiritur: nam præscriptio immemorialis priuilegio com-  
paratur, & eandem vim habet in persona capaci, cap. super qui-  
busdam de verbis significat, & ibi glossa multa allegatur. Ve-  
nit autem præscriptio legioma sit, posito quod non adhuc titulus af-  
firmat Suar. debere adest famam, & opinionem simul cum possefitione immemoriali ex aliquo titulo legitimo illas possi-  
dere. Nam cum laici incapaces sit exigendi decimas proprio  
nomine, titulo, ac iure, nunquam potest præscriptionem ac-  
quiri pæficia possefitione tantum, nisi in vi alicuius tituli  
insti, ratione cuius decimas exigat. Requiritur ergo fama, &

opinio tituli: verum ego existimo ex sola immemoriali pos-  
sessione colligi sufficienter iusto ritulo possidere, neque necessa-  
riam esse aliam probacionem præter possessionem pacificam  
immemorialem; ex qua probata præsumuntur donatione, loca-  
tione, feudo, aut alia via decimas prædecessoribus suis fuisse  
concessas. Quapropter licet in vi possessionis colligendi deci-  
mas nonquam laicus decimas præscribere possit. Et secundum  
hanc rationem verum sit, laicos decimas præscribere non posse,  
vt ait Pontifex. cap. causam de precripti, præscribit tamē in vi  
facultatis, & donationis, quo præsumuntur concessa, quoiescen-  
ta à tempore immemoriali illas recipit: sic ait ratu Couart.  
Azot. & Lessius suprà, qui solum possessionem immemorialem  
requirant ad se præscribendū, & haec ratione præscribit ius  
patronatus adiectus Ecclesiam, vel laicum sine probatione ti-  
tuli, & concessionis, sed probata possessione præsumuntur ius-  
lus, & facultas adiutiva; licet non appareat.

4. Sed inquires. Qui possint locare, vendere, aut donare  
laicos hoc ius temporalis percipiendi decimas? Respondeo cleri-  
cicū beneficium propria auctoritate ad breue tempus posse  
decimas suas locare, aut vendere. cap. 2. de locato. Vocatu breue  
tempus, quod est intra decimam, ita Abbas in cap. quatinus  
de Decimis: imò in ientencia gloriabitur tempus breve reputatur  
vita hominis. Vnde quilibet propria auctoritate potest deci-  
mas locare, aut vendere ad vitam, ita refert ut probabile Azot.  
lib. 7. cap. 3. 6. q. 14.

5. Verum ubi recepta est extraagamus P. 2. que incipit am-  
bitio de rebus Ecclesie non alienandi, nulla conductio, aut lo-  
catione etiam auctoritate Episcopi fieri poterit, que triennium  
excedat: que limitatio non extenditur ad decimas, que laici  
conferuntur in stipendium pro obsequio Ecclesie praticatio  
ut bene dicit Suar. cap. 25. num. 10. in hoc contractu Ecclesia  
non conductus decimas, sed potius conductus alterius operas de-  
cimas ipsius Ecclesie, quod nulla ratione est prohibitum, etiam  
ad vitam fiat. Similiter etiam non videtur prohibitum Episcopi  
ad laicos ius ad tempus, vel ad vitam exigendi decimas ratione  
alicuius magni obsequij, & beneficij facti Ecclesie, quale  
esse, si suis sumptibus maximè Ecclesia infundat, si eam  
à tyranno defenset, talis enim donatio remuneratoria, aut  
feudalis nullibi inuenitur prohibita. Nam in concilio Lateran-  
ensi, de quo statim solum alienationis perpetua, & feuda, aut  
emphyteus perpetua prohibentur: & ita hanc sententiam af-  
firmat esse communem Couart. lib. 1. cap. 17. num. 5, adducit  
Card. & Bald. & Suar. lib. 1. cap. 26. n. 1.

6. Difficultas autem solum est, an possint prælati inferiori-  
tes ex aliqua gratia causa (hinc enim semper supponitur, ut licet  
fiat) date huiusmodi decimam in feudum perpetuum, vel  
laici, qui illas habent alis alienare ex consensu Prælati.

In qua difficultate respondeo ante concilium Lateranense  
celebratum ad Alexand. 3. etiam Episcopi poterant, sicut &  
Pontificis has decimas infundat: ob absunt autem, & prodi-  
galitatem Episcoporum in decimas concedendis in illo concil-  
lio facultas habet sublata est: ut colligi potest ex cap. quatinus de  
Decimis, & ibi glossa. & doctores communiter, qui de fendo per-  
petuo affirmant Pontificem loqui, & manifeste probatur ex  
cap. cum Apostolica de iis, que sunt a prælatis in fine. Decimæ  
non à laicis possint ex consensu prælatorum ante illud tem-  
pus, vel post illud ex concessione Pontificis licet possint reti-  
neri, imò de consensu prælati illius Ecclesie, à qua acceptur, &  
altri donare. Possunt enim laici pro loco, aut monasterio do-  
nare, aut transmittere huiusmodi feudum, neque requiritur, ut  
consensus capituli, aut tractatus accedit, quia hæc non est tam  
alienatio, quam retinatio decima à laico detinente ad vitam  
Ecclesiasticam ita e. cum Apostolica de his qui sunt a prælati  
& ibi doctores, & exp̄s̄e notat. Lessius lib. 2. c. 9. dub. 4. n. 10.  
Azot. lib. 7. cap. 16. quæst. 13. imò non solum laicum posse fe-  
dum iuste posse sibi pro loco donare, aut transmittere ex con-  
senso Episcoporum in fine illo non potest, ut constat ex tota causa.  
16. quæst. 7. & caputum & plantare de Priuilegiis, sed etiam alie-  
laici concedere, sicut ientencia glossa in cap. problemate de De-  
cimis, & Cardin. ibi Ioann. Andr. in cap. de præscripti, in 6.  
Sylvest. decima, quæst. 10. Couart. cap. 17. num. 5. & præter ha-  
Suar. cum aliis lib. 1. cap. 16. num. 7. Ratio est, qui in cap. pro-  
hibemus solum dicuntur, ne laici decimas cum periculo animarum  
suarum possidentes in alios laicos transferant. Ergo qui cum  
animarum iuratum periculo non possident, poterunt eas trans-  
ferre; si quidem de facto debebant transferre, si forte in illis  
linea sua generationis non finiantur. Additæ in huiusmodi trans-  
latione non alienantur feuda, sed iam alienata conferit Episcopus,  
et alii retinere. Quare Episcopus non dat feudum, sed  
laicus ex consensu Episcopi. Verum Suar. loco suprà citato non  
solum affirmit posse laicum ex consensu Episcopi feudum in  
alium extraneum transmittere, sed etiam feudatario, qui erat  
ultimo professor, defuncto posse Episcopum alteri infundare,  
monetur ex c. 2. de Feudis. vbi Episcopus iuratus non infundat  
bona Ecclesie, potest non obstante iuramento infundare bona,  
qua antea erant data in feudum: non enim sub iuramento in-  
feudandi de novo, comprehenduntur feudum antea iam datum.  
Similiter etiam sub prohibitione facta non infundandi in per-